



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Exceptiones quid sint? quae respiciant iudicium, quae litigantes? quae causam? quando proponendae? num probandae?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

interest, quo latere accesserit, qui  
venerabundus adorat. Hæc verbo-  
rum vicissitudine sine osculo disces-  
serunt. *Cranz. lib. 6.* Quæritur an actus  
huiusmodi, à longissimo tempore  
continuati per Cæsares, præscriptio-  
nem, sive iuris obligatiõem induce-  
re potuerint? *Resol. pete ex num: 12.*

## I.

**H**ucusq; sufficienter ostensum, quo-  
modo actor suam intentionem pro-  
bet, sequitur de exceptionibus, quibus  
reus vicissim se adversus actorem defen-  
dit, agamus: exceptiones enim aliud non  
sunt quàm defensiones reorum, quibus  
actiones adversariorum eliduntur: quo-  
quidem interpretes in tria genera parti-  
untur: aut enim iudicium respiciunt, aut  
litigatores, aut causam. Iudicium respici-  
unt exceptio fori incompetentis, replicatio  
præventi, exceptio loci non tuti, terminus  
nimis angusti, feriarum &c. litigantes, ve-  
luti quod quis non habeat legitimam per-  
sonam standi in iudicio, quod Procurator  
esse non possit, quod mandato careat

quod non satis dederit. &c. Causam, veluti libelli inepti & obscuri, ineptæ cumulationis, pacti de non petendo intrâ certum tempus, pl<sup>o</sup> petitionis litis pendentes, præiudicii, excussionis & ordinis &c. Quæ exceptiones ante litem contestatam proponendæ sunt, nec proponendæ duntaxat, sed & probandæ, quia in exceptionibus reus censetur actor *L. 1. ff. h. t. L. in exceptionibus ff. de prob.* Sed an aliæ quoque, sic est, quoad eas, quæ desumuntur ex persona Judicis & litigatorum *L. de ætate. 11. §. ex causa ff. de interrog. act.* Peremptoriæ regulariter ante & post litis contestationem usq; ad sententiam definitivam proponi possunt. *L. 2. C. sententiam rescindi non posse. L. prescript. C. h. t. quin imò: certæ sunt peremptoriæ exceptiones, quæ post sententiam definitivam, & quidem postquam illa in rem iudicatam transit, opponi possunt, & oppositæ probatæque executionem impediunt. quæ recensentur à *Gl. in L. de jur. & fact. ignor.* Huiusmodi est *sc. Maced. & Vel.* Vide plenius *Canisius lib. 4. t. 4.**

2. Exceptio præscriptionis à lapsu temporis

M 5

poris